

Lorenz Johann Friedrich Dihn


Gloriosissimae Memoriae Serenissimi Quondam Principis Ac Domini ... Caroli Leopoldi, Ducis Antehac Regnantis Mecklenburgici ... Eo Die, Quo Die Ossa Ipsi Sacra In Mausoleo, Quod Dobberani Est, Condebantur, Qui Dies Erat Ad V. Kalendarum Febr. Anni M.DCC.XLIX. Monumentum Hoc Quale Id Cunque Est Pietatis Devotissimae Et Cultus Post Fata Devinctissimi Ergo

[Schwerin]: Bärensprung, 1749

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn83752539X>

Druck Freier  Zugang





Mk-54¹⁻²⁹ <Mass>

26¹⁻²⁹

137
13
16
17
18

- 19.) Lepinus Giulud: Programm zur Gedächtnisrede über
den Tod des H. Carl Leopold
- 20.) Kandel Giulud. Thymisch zur Gedächtnisrede des Carl Leopold VAB
- 21.) Guckelcoltz Commemoration von dem H. Carl Leopold, zum Gedächtnis
seiner Verdienste bey dem H. Carl Leopold. Friedr. 1761. in
Gedächtnis
- 22.) In Kandel und Guckelcoltz Commemorationen von dem H. Carl Leopold in dem
Mallau. Gedächtnis der K. M. Maria Theresia, Königin von Ungarn, und des H. Carl Leopold, Herzog
von Mailand. Maria Elisabeth Albertina die Königin, in
Kandel und Guckelcoltz über dem H. Carl Leopold Familie und Guckelcoltz
Gedächtnis. Wohlthätige Hand p. 1753.
- 23.) Guckelcoltz Abbildung der K. M. Maria Theresia. Chr. Ludw. 1761
- 24.) Kandel und Guckelcoltz Commemoration von dem H. Carl Leopold. Gedächtnis
in dem H. Carl Leopold Gedächtnis
- 25.) In dem H. Carl Leopold de 13 April 1755. p. über dem H. Carl Leopold Gedächtnis
- 26.) Plan zur neuen K. M. Maria Theresia Versicherung mit dem H. Carl Leopold
Gedächtnis Gedächtnis in dem H. Carl Leopold Gedächtnis
1769.
- 27.) Artikel und Gedächtnis von dem H. Carl Leopold Gedächtnis
Gedächtnis Gedächtnis Gedächtnis.
- 28.) Gedächtnis von dem H. Carl Leopold Gedächtnis: Wohlthätige Hand
- 29.) Gedächtnis zur Gedächtnisrede von dem H. Carl Leopold Gedächtnis

18. 17.
GLORIOSISSIMAE MEMORIAE
SERENISSIMI QVONDAM
PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
CAROLI
LEOPOLDI,
DVCIS ANTEHAC REGNANTIS MECK-
LENBVRGICI, PRINCIPIS VETVSTAE GENTIS HENETAE,
SVERINI ET RATZEBVRGI, COMITIS ITEM SVE-
RINENSIS, TERRARVM ROSTOCHII ET
STARGARDIAE DYNASTAE,

EO DIE, QVO DIE

OSSA IPSIVS SACRA

IN MAVSOLEO, QVOD DOBBERANI EST,

CONDEBANTVR,

QVI DIES ERAT AD V. KALENDARVM FEBR. ANNI M. DCC. XLIX.

MONIMENTVM HOC QVALE ID CVNQVE EST

PIETATIS DEVOTISSIMAE ET CVLTVS POST FATA

DEVINCTISSIMI ERGO,

PONEBAT

COLLEGIVM CATHEDRALE SVERINENSE

INTERPRETE RECTORE

M. LAVR. JOH. FRID. DIHN.

EX OFFICINA BAERENSPRVNGIANA.

GLORIOSISSIMAE MEMORIAE
SERENISSIMI QUONDAM
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
CAROLI
LEOPOLDI
DUCIS ANTHAC REGNANTIS MECK-
LENBURGICI PRINCIPIS VETUSTAE GENTIS HENNETAE
SVEVICI ET RATHENBURGI COMITIS ITEM SVE-
VICI PRINCIPIS TERRARUM ROSTOCHII ET
STARCKENBURGICAE
IN MAVSOLEO, QUOD DOBBELAN EST,
CONDITUS
QUI DIES ERAT AD VI. KALENDARUM FEBR. ANNI M. DC. XLX.
MONUMENTUM HOC QUAEID CVMQVE EST
PIETATIS DEVOTISSIMAE ET CIVIS ROSTATAE
DEVOTISSIMI ERGO,
COLLECIVM CATHEDRAE ACADEMIAE SVEVICAE
IN LIBERTATE RECTORIS
M. LAVR. JOH. FRID. DIRM.
EX OFFICINA BARRIS ROSTOCHII





Multis circumfusâ malis, immitia fata
Aeui praeteriti meditata Megapolis alma
Foecunda & mater, vidua vt deserta sedebat.
Illa ego, proh! sum, inquit, quam dudum mille dolores
Circumuallarunt, quorsum mea lumina flectam.
Non, si sint centum cûiquam linguae oraque centum,
Tristitiam, posset verbis exponere moestis,
Pectora, quae frangit tristes reuocatque sub umbras.
Sed quis erit, causas qui commemorauerit illas,
Ex quibus, vt vasto de gurgite lympha redundat,
Prouenere mala ista, velut comitante caterua?
Hûic menti dubiae non quisquam occurrere gestit?
Hei mihi! Nec Deus iratus, nec numina Diuûm
In partes veniunt. Quae vero numina dira
Summa imis, caelum terra confundere gnara,
Haec mala finxerunt forte & grauiora minantur?

Quae

Quae si nunc possem fines relinquare tandem
Cogere dira, meos, mihi posthac asper amomum
Ipse rubus ferret, mihi mel flueretque per orbem
Mecklenburgiacum. Sic post tot nubila - -
Dixerat. Intonuit caelum crepitante fragore,
Nubibus obductis, micuit quoque fulguris aether
Distinguens crebro lucem tenebrasque profundas.
Est Deus iratus, resonat Vox: Abstulit ILLVM
MAGNANIMVM HEROEM, CAROLVM nescin?
LEOPOLDVM

Qui fuerat viuis, multis quoniam vndique cinctus
Vndis; vt rupes, quae stat, quae immota resistit
Fluctibus, abs se arcens spumantes aequoris aestus;
Sic fuit ILLE Heros Vester CAROLVS LEOPOLDVS.
Hunc PATREM PATRIAE, tu pulla veste togata
Non deplorabis, quoad viues, atque requires?
Hac voce audita: Hinc lacrymae, hinc moeror meus esto,
Mater ait, perii ah! perii, tu fonte reperto,
Ex quo torrentes remeant refluuntque dolorum;
Tu non ignoras causas, Vox, vulnera nosti.
Occubuit CAROLVS LEOPOLDVS, MAXIMVS HEROS,
Et Princeps Regnans per plurima lustra, peremptus
Morte iacet, clausis oculis, non amplius aura
Vescitur ILLE meus PRINCEPS MAGNVS. Velut arbor
Ingens, quae foliis ac fructibus eminent almis,
En! appropinquant, sensim cedente calore,
Autumnus; certant, luctantur, carcere aperto,
Venti;

18.
9.
Venti; post varios ictus tandem cadit illa.
Non fecus & Princeps meus, o! meus ILLE videtur
Princeps Patriae amor, pars formosissima terrae
Mecklenburgiacae quinque & triginta per annos
Sceptra tenens magnum imperio populumque gubernans,
Succubuisse graui, post tot discrimina rerum,
Quae fortuna dedit, quae orbi satis aspera visa
Post varios casus, quos adfert ipsa senectus
Fato. Vah! vixit, vah! lamentabile vetbum,
Vixit. Plangite vos ciues, vos, quotquot adestis
In terris nostris. Nam mater vestra dolore
Confecta ipsa iacet lugetque sepulta dolore.
Quodsi sint triplici circumdata pectora cuiquam
Aere, tamen plangatque vluletque subinde HEROEM
MAGNUM MECKLENBURGIACVM CAROLVM LEOPOLDVM.
In quo virtutes certabant, agmine facto,
Quaenam sit palmam reliquis, certamine in ipso,
Praeceptura suis sociabus? Nulla pharetram
Linquere, nulla loco, latum vnguem, cedere cunctis.
Cum PIETATE FOROR SAPIENTIA foedere iuncta,
Quaeque ornat Diuos homines PRVDENTIA, certant.
Nec minus & GRAVITAS Diuino Principe digna
MAIESTASQUE Ducis sublimi e mente coruscans,
Praelia in vna anima sine sanguine inire solebant.
Et si cui fuerit vox disertissima, certe
Nesciret NOSTRI CAROLI complectier omnes
Virtutes reliquas.

MA-

MAGNANIMVM imprimis NOSTRVM CAROLVM
LEOPOLDVM

Magnanimos sicuti quondam, † dixere Philippos
Dicet posteritas. Nam vincere cuncta pericla
Aptus erat magnis animis & pectore forti,
Eheu! me miseram! sed quae nunc nubila cerno?
Dixerat haec mater. Sed post haec nubila Phoebus,
Qualis Hyperboreo relicto littore curuo,
Summos ille suo tandem implet lumine montes.
Paulatim adscendens, dispulsis nubibus orbem
Illuminat radiisque suis ubicunque coruscat;
Talis conspicitur PRINCEPS, qui lumine complet
Vandaliam jam Regnans CHRISTIANVS LVDOVICVS:
ILLE suo iubare implet cuncta, atque excitat orbem,
Mecklenburgiacos ad spes, ad fata benigna.
Tu Mecklenburgum, tu terque quaterque beatum es:
Tu Mecklenburgum, cui viuit TERTIVS HAERES
ILLE Fratrum, ILLE Ducum Summorum TERTIVS ILLE
Viuit, adhuc superest & dulci vescitur aura.
Mitte tuas lacrimas; Tu moesta quiesce querela!
Viuit! Sceptra tenet DVX CLEMENTISSIMVS ILLE
Iam Noster Regnans DVX CHRISTIANVS LVDOVICVS
Viuit! & O! Viuat PRINCEPS, in quo fratrum imago
Resplendet, Viuat! Nunc TRINVM dixeris OMNE
Perfectum in nostro VNO CHRISTIANO LVDOVICO,
In quo conspirant virtutes Principe dignae

Tanto,


† Cui non dictus Hylas? Cui non dictus Philippus Magnanimus?

18.
9.
Tanto, quem manus ipsa Dei tegit atque reseruat.
Fortiter ut fratres, qui incedit passibus aquis
Tramite eo, quo Vandalici pariterque Obotriti
Et Reges Heneti, cuncti diuinitus orti,
Ingressi, totum complerunt lumine famae
Orbem terrarum, quacunque modo hic patet orbis.
NOSTRI etenim PIETAS summa & SAPIENTIA summa
Splendet ubique, increbuit INDVLGENTIA Nostri
IUSTITIAM exercentis CHRISTIANI LVDOVICI
Conspicui & GRAVITATE & MAIESTATE corusci
Principis, & dudum cepit magna incrementa.
Nam si quod donum est in pectore Principis villo,
Omne datum est id NOSTRO CHRISTIANO LVDOVICO.
Quid? Clamamus Io! bis terque quaterque triumphe!
Ciuicus id dicit populus dicitque colonus:
Quisque suas resonare domos docet & sua tecta:
Viuat Io! PRINCEPS & Io! DVX OPTIMVS ILLE.
Salue SVMMÆ DVCEVM praesertim dicere gaudent,
Quae per TE viuunt Musae TIBI, quae TIBI SOLI
Debent cuncta, illas prostratas spernere noli,
Ad TVA Sceptra, TVOS ad fasces hasce Camaenas,
Ad foliumque TVVM hoc properans adrepere carmen,
Ut sol collustrat tenues humilesque myricas;
Sic TV conspicias collustres atque Sereno
Accipias vultu, iam Regnans OPTIME PRINCEPS.
Quodsi TV viuas, nos viuimus atque valemus:
Atque agitur bene de nobis, TE sospite, cunctis,
Quare haec vota TIBI acclamabunt atque subinde

Musa

Musae clamabunt, **Tu viuas OPTIME PRINCEPS,**
 Viuat & **ILLE HAERES** properanti prole beandus:
ILLE PIVS PRINCEPS diuina prole beandus
 Cui ex coniugio diuino germinet **ILLVD**
 Germen, quod calidis optamus quodque rogamus
 Diuinum Numen precibus votisque ligatis:
 Annuat his precibus Numen votisque **Supremum!**
ALTER & vt vigeat magnis sceptris quoque dignus
PRINCEPS, optamus, faueant cui fata benigna!
 Quicquid agit, bene cedat & id feliciter omne!
 Nec minus & sexus pulchri **PVLCHERRIMA PRINCEPS**
 Vtraque fastigiis sublimibus edita & apta:
 Vtraque diuino maectetur munere caeli!
 Deficiat tandem nunquam **DOMVS ILLA SERENA**
 Et **STIRPS** collustretur, dum vesper claudat olympum!





9/10

9

Leid der Beampten

PENSIONARIEN und Nacht-Leute/

In Sr: zu Mecklenburg Regierenden Hoch-
Fürstlichen Durchläuchtigheit Herzog-
Fürstenthum und Landen.

ROSTOCK/
Gedruckt bey Joh. Weypling Fürstl. und Acad. Buchdr.

